

- 6 Mandatum casus non expressos comprehendit, quando in eo alii exprimuntur, ad quod speciale mandatum requiritur, & preterea clausula generalis aducitur ad omnes alios.
- 7 Vbi speciale mandatum requiritur ad aliquam rem, veluti ad restitutionem petendam, hoc tamen non est necessarium, ubi res illa venit et incidenter causse, in qua quis speciale mandatum habet.

CONSILIVM XLV.

**R**enitenti deferendo: Visis probationibus vtriusque partis, partes iudicis Apostolici erunt in confirmando sententiam diffinitivam latam ab ordinario loci in fauorem fabricæ cathedralis eiusdem loci Decani & Capituli illius super quasi possessione exigendi quartam quartarum, quæ in dicto Episcopatu colliguntur pro hospitali quodam hospitali alterius diocesis, & reuocare contrariam latam a iudice Metropolitano Salmantino.

Primo, quia hoc est iudicium possessorium, in quo Ecclesia præfata recte probauit prædictam suam antiquissimam possessionem exigendi per se suosque, æconomos præd. quartam partem omnium prædictarum quartarum vel alteram, quæ inter præfatos æconomos & factores atque exactores dicti hospitalis contentebatur, & constat hæc consuetudo & possessio ex testibus productis ab eadem Ecclesia, & præterea ex instrumentis & libris rationum d. fabricæ in processu productis, quo sic stante regula iuris est; Quod ante omnia de hac possessione agendum est & in ea tuenda dicta Ecclesia, & postea agatur de proprietate, ut in l. ordinarij, C. de re vend. & in l. incerti, C. de iur. d. & ad hoc competunt plura remedia atque interdicia, veluti retinendi & vti possidendi, ut in locis ordinariis habetur.

Secundo, & in terminis, quia pro annuis præstationibus alicuius iuris maxime realis, nempe alicuius census vel pensionis pro aliqua re in signum subiectionis competunt remedia possessoria, ut probat expresse text. in cap. querelam, in fin. de electio. & ibi Dd. scribentes etiam in l. scieris annis, C. de pact. sequitur plures referens D. Anton. Gomez in l. 45. Taur. nu. 172. dicens se hanc opinionem practicasse in contingenti facti, & Matth. de Afflic. deci. Neapolit. 39. per totam, præcipue, num. 3. & sequentibus, vbi nu. 8. concludit, quod tam Dd. iuris ciuilibus, quam canonici concordant in hoc, quod quando occasione alicuius rei conceditur aliqua præfatio per tempus, competit possessorium, ut dicunt omnes in dict. locis, & alii, quos ibi refert, & nu. 4. inquit, fuisse determinatum in Consilio Neapolitano per omnes, nemine discrepante, quod licet pro annua præfatione personali non sit dare possessorium, tamen est dare quandam statum, ad quem peti potest, ut fiat restitutio: & ita loquitur dict. cap. querelam, secundum Anton. de Butr. Cald. & Abb. Sicul. aliosque plures, quos allegat, & ita dicunt Dd. in d. cap. querelam, quod in incorporalibus turbare is dicitur, quando prohibet census, veltigal vel redditus mihi pædi, ut refert & sequitur alios allegans Iacobus Menoch. de retinend. possess. rem. med. 3. nu. 497. & inquit Petrus Rebuff. in commentarijs ad Regias constitutiones Gallia 3. tom. in tractatu de cassis benefic. possess. artic. 10. nu. 5. post Barb. consil. 51. lib. 1. quod is, qui petit manuteneri, agere dicitur possessorio retinendi: & addit nu. 8. manuteneri esse defendere & tueri ex l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat et, & hoc est, quod petit prædict. Ecclesia & eidem cõcessit ordinarij sententia, saluo iure proprietatis, de quo alio iudicio agi oportet, ut in terminis probat d. cap. querelam, in fine.

Superioribus non obstant Bullæ Apostolicæ ac Regiæ priuilegia in contrarium producta, quibus pretenditur, sublatam esse consuetudinem exigendi dictam

quartam atque ab eisdem improbatam: quia primo respondeo, hoc cõcernere iudicium proprietatis, de quo nunc non agitur, sed tantum de possessorio, iuxta dict. cap. querelam, in fin. & in hoc iudicio possessorio nihil obstat dictæ Ecclesie.

Secundo respondeo, prædict. concessiones Apostolicas & Regias nunquam fuisse vsu receptas in eo Episcopatu, imo per contrarium vsum atque antiquam consuetudinem eis est derogatum, arg. l. de quibus, cum materia, ff. de legib. sicut idem contigit in Archiepiscopatu Toletano illi circumuicino, ut constat ex processu: præmaxime, cum prædict. concessiones sint pura & mera priuilegia, ut ex ipis constat, & sic in contrarium est ius commune, argum. cap. fin. de testament. in super & cõsuetudo probata, & per non vsu decenni amittitur priuilegium, ut in l. ff. de nund. l. 3. tu. 7. part. 5. & l. 42. tu. 18. part. 3. Præterea, Breue Pii V. Pontificis Maximi ab aduersa parte productum fauet prædict. consuetudini & restringit priuilegia contra præfata eaq; confirmat, quatenus fuerint in vsu & decretis Concil. Trident. contraria non fuerint, prout esse videntur, & ad minus non sunt in vsu, quinimo per contrarium vsum derogata, ut prædiximus: Ergo nihil nocent Ecclesie.

Non obstat etiam probatio contraria hospitalis Diui Antonii nec non & ipsius commendatarii, quia omnes testes sunt familiares eiusdem salariati, comedentes & bibentes sumptibus dicti commendatarii, ut ipsimet fatentur in generalibus interrogationibus, cõsuetudo est hoc oppositum, vnde nullam fidem faciunt, iuxta iura vulgaria: deponunt præterea de negatiua, testes autem d. fabricæ de affirmatiua, vnde succedit communis regula, quæ habet; Plus credi duobus testibus affirmantibus, quam decem deponentibus de negatiua, ita tenet glossa expressa in leg. diem proferre, §. si plures vero consenserunt, ff. de arbit. gloss. etiam in cap. 1. in gloss. finali de rescript. in 6. Innocent. in cap. super hoc, num. 2. de renuntiatio. vbi inquit, quod plus creditur duobus affirmantibus, quam centum negantibus, Abb. in cap. in nostra, in fine, & in cap. cum in tua, num. 2. de testibus, Baldus in l. data operas, nu. 44. C. de his, qui accusare non poss. & ber. Maran. in repetitione l. is potest, nu. 329. ff. de acquirend. heredit. vbi subdit, id habere locum, etiam si testes negantes sint mille: dixi in mea allegat. 6. præmaxime, cum probatio affirmatiua in proposito sit & corroborata libris rationum d. fabricæ.

Tertio non obstat quod contra probationem Ecclesie præfata obiicitur, nempe, esse nullam, quia procurator eiusdem non habuit speciale mandatum, prout de iure requiritur ad restitutionem, quam petit aduersus ommissam probationem obtinendam, quia respondeo primo, prædict. mandatum sufficiens fuisse, quia speciale ad hanc limitem, & ad alia speciale requirunt mandatum adiecta clausula vberissima huiusmodi: *E hazer, y hazer todos los autos, e diligencias iudiciales, y extrajudiciales, que cumplan, y conengan, y menester sean de se hazer, e que nos harramos e hazer podriamos presentes siendo, aique sean tales, y de tal qualidad, que segun derecho requirer an otro nuestro especial poder: quod sufficit ex text. in capitul. qui ad agendum, de procurat. in 6. ibi, Sed si aliquis vel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati fuissent, adiecta clausula generali, tunc ad non expressos etiam admittitur.* Secundo respondeo, quod licet ad aliquam rem requiratur speciale mandatum, verbi gratia, ad restitutionem petendam, hoc tamen non esset necessarium, vbi illa res, ad quam exigitur speciale mandatum, veniret incidenter causse, in qua quis speciale mandatum habet, ita Bartolus in l. indebitam, numer. 2. versic. tunc hic est casus, ff. de condit. indebit. communiter approbatus secun. Curt. in l. 2. nu. 19. & 23. ff. de

*ff. de iurisdictione omnium iudicum*, sequitur Paul. Cast. in d. l. de bitam, num. 6. dicens, quod tenet Doctor, & ibi Iaf. num. 1. Tertio respondeo, quod idemmet iudex Apostolicus iudicauit hoc mandatum sufficiens ad petendam præd. in integrum restitutionem aduersus ommissam probationem; Quandoquidem virtute eius petitionis inrimata fuit vtrique parti eidemque consenserunt, & tandem transit in auctoritatem rei iudicatæ; Non potest igitur nunc pars aduersa contrahere nec præd. impugnare, obstante ei exceptione rei iudicatæ, ut in toto tu. C. & ff. de except. rei iud. & ita fauente Deo iuxta hoc consilium, quod traditum fuit iudici Apostolico prædicto, causa decisa fuit, qui confirmauit sententiam ordinarij in fauorem dictæ fabricæ latam & reuocauit contrariam Salmantinam.

SVMARIA.

- 1 Reus non tenetur edere actori instrumenta sua & sic ei arma contra se prestare ad fundandam suam intentionem secundum communem opinionem.
- 2 Primo hæc regula fallit fauore ecclesie & pia causa agentis, cui reus tenetur edere instrumenta.
- 3 Secundo fallit, vbi agitur de periculo animæ rei conuenti.
- 4 Tertio fallit ad fundandam replicationem actoris.
- 5 Quarto fallit ad coadiuuandum intentionem actoris. Quanto fallit, vbi reus habet penes se instrumenta originalia tabellionis vel argentarii.
- 7 Sexto fallit, vbi iudex ex officio vellet ex causa cogere reum ad edendum actori.

CONSILIVM XLVI.

**C**um Ecclesia Ciuitatis decimas in iudicio petere quodam Magnate suo parochio, opus habuit instrumentis locationis defensorum dicti sui parochi ad fundandam suam replicationem aduersus exceptionem rei, quare petit ea in iudicio exhiberi pro euenienda veritate, reus vero se non teneri ad id affirmat; Quoniam non tenetur de domo sua contra se actori arma prestare, iuxta l. final. cum siml. C. de edendo, causa super hoc articulo conclusa in fauorem Ecclesie allegauit sequenti. Primo, quod est prædict. regula, cui reus innititur, nempe, non teneri de domo sua actori arma prestare ad fundandam suam intentionem, ex d. l. final. cum siml. sit vera & communis, non tamen est sine contradictione, contrarium siquidem constanter probat, respondens omnibus fundamentis receptæ opinionis Amilius Ferret. in l. 1. a. num. 37. cum sequentibus. C. de edend. & ibi optime Curtius Iunior numero 3. cum sequentibus, præcipue, numero octauo, nihilominus tamen quamuis recepta sententia in praxi sit tenenda & in iudicio non sit ea discerendum secundum Curtium Iuniorum vbi supra, numero octauo, multas patitur limitationes, quarum singulæ & a fortiori omnes simul iunctæ, prout in specie concurrunt, fauent Ecclesie.

Prima igitur & præcipua fallentia dictæ regulæ est fauore Ecclesie agentis, cui reus edere tenetur instrumenta, secundum Alex. in dict. l. fin. num. 19. C. de edendo, & ibi Dec. nu. 33. & est communis & vera opinio secundum eundem Dec. in cap. 1. num. 15. de probat. vbi etiam optime defendit, quod etiam probant Dd. in alia quæcunque causa pia & fauorabili, ut testamenti, dotis & similibus, testatur receptorem & in praxi sequari Aluar. Velasc. quest. 8. emphiteos. num. 7. nempe vbi ecclesia aliunde probare non potest: & hæc sola limitatio sufficiebat in proposito, quandoquidem est communis & decidit expresse nostrum casum.

Secunda limitatio est, vbi agitur de periculo animæ

rei conuenti, tunc enim ipsa actori tenetur edere instrumenta secundum Iaf. in l. fin. C. de eden. num. 3. & ibi eius additio post Alex. nu. 21. Dec. in c. 1. num. 36. de probatio. non soluere autem decimas ecclesie debitas, sicut in maximū & notorium periculum animæ ipsius rei: hoc autem euitari potest ex exhibitione præd. instrumentorum, quæ sunt penes reum: Ex eisdem namque resultabit atque patebit decimas præfatas deberi; Exhibenda igitur sunt a reo ecclesie, præmaxime, quod contra reum nolentem edere, procedi potest per viam denuntiationis Euangelicæ, ut cum alijs resoluit Curtius Iun. vbi supra, nu. 9.

Tertia fallentia est ad fundandam replicationem actoris, ad id namque reus tenetur instrumenta edere actori per text. in l. penult. §. fin. ff. ad l. Fa. c. d. vbi Angel. notat melius hoc ibi probari, quam alibi in iure: & est ratio, quia vbi actor fundauit actionem suam, & sic iudex de eo bene opinatur, æquitas dicitur, quod accipiat probationem de domo rei. Hæc testatur esse communem opinionem Bald. in cap. 1. num. 12. de probat. sequitur Iaf. in dict. l. fin. in fin. C. de edend. post Bar. ibi & testatur communem Curt. Iun. ibi num. 14. & in l. 1. num. 3. cum sequentibus, C. eodem, & Dec. in d. cap. 1. num. 33. de probat. & Alciat. in d. fin. verb. originem, & V. lase. vbi supra, nu. 8. dicens, quod praxis eam admittit, quamuis aliqui in contrarium disputent, & numeris sequentibus aliquibus modis eam declarat, sed in specie nostra ecclesia habet sufficienter probatam suam intentionem, & ad excludendam exceptionem rei oportet produci prædict. instrumenta, ut ex testibus ecclesie appareat; Ergo ipsa edenda sunt iuxta præd. limitationem.

Quarta limitatio est ad coadiuuandum intentionem actoris iam fundatam secundum Bar. in d. l. fin. 10. C. de eden. est communis secundum Curt. Iun. ibi, nu. 16. sequitur plures referens Dec. in d. c. 1. num. 33. de probat. sed ecclesia in proposito habet plene probatam suam intentionem, quod si aliquid deest, sunt præd. instrumenta ad eam coadiuuandam; Ergo quamuis non esset ecclesia, ipsa exhibenda forent per prædicta.

Quinta limitatio est, quod quando reus penes se habet instrumenta originalia tabellionis vel argentarii secundum Alex. in d. l. fin. num. 12. sed ex probationibus rei constat, quod hæc instrumenta non fuerint per tabellionem aliquem recepta, sed potius per famulos & factores ipsius rei, & quod penes eos remanserunt; Ergo ea debet reus exhibere.

Sexta & vltima limitatio est, vbi iudex ex officio vellet ex causa cogere reum ad edendum actori: Eritque iusta causa & sufficiens, si actori absque eius culpa periisset causa probandi, & ut veritas eruatur, ut tradit Alexan. in d. l. fin. num. 22. C. de edendo, estque communis secundum Dec. in cap. 1. nu. 31. de probat. vbi optime resoluit duos casus, in quibus omnes communiter conueniunt: At in nostro casu plura concurrunt, quibus iudex moueri debeat ad compellendum reum ad edendum, ut ex supradictis patet; Ergo id præcipere debet, & ita respondi denique, acceditque communis praxis & stylus Regalis Cancellariæ Valisoleti habet; Quod ad petitionem actoris quantumcunque ad eius intentionem fundandam semper reus cogitur edere instrumenta, ut testatur Doctor Burgos de P. 29. c. 1. nu. 5. vbi num. 6. & 7. idem probat in terminis iuris communis cum Curt. Iun. vbi supra, postquam vis positio fuit cognita & maxime iure Regio. Quibus vis ordinarij Ciuitatis sua sententia ita etiam pronuntiauit, quo facto reus exhibuit præd. instrumenta, ex quorum tenore intentio ecclesie fuit coadiuuata atque verificata, & ideo in diffinitiva contra eundem magnatem in contradictione etiam iudicio obtinuit super prædict. decimis, & quamuis reus a præd. sententia diffinitiva ap-

pellant in gradu appellationis fuit confirmata prima sententia cum expensis, in quibus idem reus fuit quocumque eodem natus & tandem exsecutoria lata in fauorem d. Ecclesie cum predict. sententiis, quia reus amplius noluit appellare.

SVMARIA.

- 1 Tertius possessor prescribit ius pignoris vel hypotheca aduersus creditorem titulo & bona fide 10. annis inter presentes & 20. inter absentes.
2 In constitutione census minime venditur res ipsa, super qua imponitur sed quoddam ius percipiendi redditus vel fructus illius rei vsq; ad quantitatem census quotannis soluendi.
3 Tertius singularis possessor cum titulo & bona fide prescribit ius non soluendi censum constitutum super fundo quem possidet, si predict. tempore eum non soluerit neque tenuerit constitutum esse, vel si soluit, minus reliquum prescribet.
4 Prescriptio iure exsecutio exsequitur debet annullari referuato iure suo creditori, ut via ordinaria experiri possit.
5 Tertius possessor aduersus creditorem tempore ordinario 10. & 20. annis prescribit viam exsequitiuam & ordinariam.
6 Clausula de non alienando cum hypotheca speciali appositam in instrumento census, etsi alienationem annullat, non tamen impedit neq; tollit prescriptionem.
7 Res maioratus atque restitutioni subiecta quanto tempore prescribantur?
8 L. i. C. si aduersus cred. intellectus.
9 L. 63. Tauri, hodie l. 6. tit. 15. lib. 4. Noua Collect. Reg. non loquitur in prescriptione hypotheca, sed debet nec de tertio possessore prescribente sed de principali debitor.
10 Virtus & effectus clausula constituti, de quo in l. si. C. de acq. possess. cessat per mortem constitutarii, maxime, data ipsius negligentia, quoniam & prescribitur, ut in num. 11.
12 Prescripta hypotheca census omnes redditus censentur prescripti, in n. 14. quid in aliis annis prestationib. respectu principalis debitoris prescribitur, nu. 13.

CONSILIVM XLVII.

Offidete tertio quodam singulari successore domum titulo & bona fide per spatium temporis plus quam quatuordecim annorum, coparuit creditor cum instrumento publico constitutionis annuorum reddituum super eadem domo a Francisco quodam d. domus domino facta, sed in prad. tempore nuquam annuus redditus fuit petitus a prad. tertio possessore, sed neque in ipsius notitiam vnquam peruenit & ita tanquam liberam a prad. onere & redditibus eam possedit prad. tempore. Nihilominus creditor petiit exsequutionem pro redditibus decursis virtute dicti contractus publici in prad. domo censui hypothecata, citarique fecit ad vltimam pignorum licitationem ipsius domus possessorem clericum coram iudice Ecclesiastico, coram quo causa fuit ventilata, & in ea consultus respondit in fauorem dicti tertii singularis possessoris, ex sequentibus.

Primo, quia prad. tertius possessor prescripsit ius atque hypothecam d. census, per l. i. & 2. C. si aduers. credit. Quandoquidem plus quam decem annis cotinuis cum titulo & bona fide inter presentes possedit domum prad. pro libera a prad. onere, nec vnquam redditum aliquem soluerit eius ratione neque conscius fuerit super ea constitutum esse, quod sufficit in tertio possessore aduersus creditorem, ut in d. iuris, quibus cononat l. 39. tit. 13. par. 5. & l. 27. tit. 20. part. 3. tradit optime Fran-

cisc. Balb. de prescrip. 4. p. 4. par. princ. q. 3. per totam, fol. 37. & 38. vol. 8. tract. diuer. doct. in antiquis, & Salazar de vsu & consuet. c. 11. nu. 50. fol. 151. vbi plures allegat.

Nec obstat assertio partis aduersae dicentis, hanc, de qua agimus, non esse hypothecam, sed venditionem: quia respondemus, in constitutione census minime vendi rem ipsam, super qua census imponitur, sed quoddam ius percipiendi redditus vel fructus illius rei vsq; ad quantitatem census quotannis soluendi, iuxta veram resolutionem, quam probat D. Couarr. lib. 3. variarum resolut. c. 7. n. 1. vers. quod item diximus, vbi n. 5. & 7. quod est quaedam hypotheca irregularis: & latissime probat Auend. respons. 12 per totum.

Secundo, quod in propriis terminis, quod tertius singularis possessor cum titulo & bona fide prescribat decem annis inter presentes, & viginti inter absentes, ius non soluendi census constitutus super fundo, quem possidet prad. tempore cum titulo & bona fide, ex eo, quod prad. tempore eos non soluerit nec nouerit esse constitutos super d. domo, vel si soluit minus, reliquum prescribat, tenet & probat Franciscus Balb. in tractat. de prescriptio. 4. part. 4. partis princ. qu. 5. per totam, & iterum qu. 7. nu. 4. & 5. vol. 8. tractat. diuer. doct. & Mench. lib. 2. controuer. illustr. cap. 6. nu. 2. & 16.

Et quod in his terminis exsequutio debet annullari, referuato iure suo creditori, ut via ordinaria experiri possit tenet Parlador. lib. quotidianarum questionum, c. 1. §. 16. nu. 41. fol. 31. idque constat ex l. 63. Taur. hodie est l. 6. tit. 15. lib. 4. Noua Collect. Reg. & expressus in l. 35. tit. 4. lib. 3. eiusdem Noua Collect. Reg. dum dicit, per non examinari, ut ver los dichos Alcaldes mayores las tales obligaciones y contratos, muchas vezes es las mandan exsecutar, no lo pudiendo hazer conforme a derecho, o por ser el contrato condicional, & c. o por ser passados los diez annos, & c.

Quinto, in nostra specie non solum via exsequutiua, ut praediximus modo, prescripta est, quae etiam ab ipso debitor principaliter obligato ad aliquid dandum vel faciendum per decennium transcursum prescribitur, ut in d. legib. Regis, cauetur, quamuis via ordinaria creditor tunc agere possit aduersus debitorem obligatum ut supponit Parlad. vbi supra, sed etiam ordinaria, cum agatur inter creditorem & tertium rei singularem possessorem, qui iure prescribit hypothecam contra creditorem pradict. tempore 10. annis inter presentes, & 20. inter absentes cum titulo & bona fide, ut in iuris supra allegatis: & in iure non soluendi census, quod praedictis temporibus respectiue prescribatur, iam supra probauimus.

Non obstat modo clausula de non alienando cum hypotheca speciali eiusdem domus, appositam in instrumento census: quia etsi haec alienationem d. domus annullaret in eum effectum, ut creditor posset agere pro exigendis redditibus decursis aduersus tertium possessorem via recta nulla praemissa excussione: non tamen tollit nec impedit prescriptionem: Quandoquidem tertius habuit titulum & bonam fidem, & non errauit in iure, sed factum ignorauit, (hoc est) dictam hypothecam & prohibitionem: & quamuis res prohibita alienari, prescribi non possit tempore ordinario 10. & 20. annorum, sed 30. vel 40. annorum, ut late per Doct. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. c. 10. nu. 1. & 2. vbi plures ad verumq; allegans testatur esse comunem opinionem: hoc tamen locum habet in rebus maioratus atq; restitutioni subiectis vel fideicommissis, ut constat ex eisdem Doctoribus, qui in suis terminis loquuntur, quorum bonorum alienatio magis prohibita atq; perpetua est, quam ceterorum alias alienari prohibitorum ex conuentione partium, praemaxime quando aliquo casu possunt alienari vel cum aliqua solemnitate.

Non etiam obest, quod virtute dictae clausulae, de non alienando

alienando, res praesumitur siue fingitur esse in dominio alienari, & ita quod peti possit, ex d. l. C. si aduers. cred. ibi, praeterquam si debitor vel qui in eorum iura successerunt, obligata rei possessioni incubant, quoniam in nostro casu debitor non incumbit possessioni rei obligatae, & in d. l. loquitur de possessione actuali & naturali, quam habet hic clericus, non vero debitor principalis, qui est iam mortuus nec eius heres.

Non etiam obstat cetera verba d. l. i. ibi, vel qui in eorum iura successerunt, hoc namq; intelligitur de successore vniuersali, non vero de singulari, ut tenet gl. ibi & Balb. vbi supra, dicens comunem, & in 2. part. 3. part. principalis q. 14. nu. 5. fol. 29. Lex praeterea 63. Tauri quae hodie est l. 6. tit. 15. lib. 4. Noua Collect. Reg. non obest dum dicit, quod vbi in obligatione adest hypotheca, de eorum prescribitur triginta annis & non minus, quia dupliciter respondemus huic obiectioni.

Primo, quod haec lex non loquitur in prescriptione hypothecae, sed debiti, ut ex ipsa constat, quod est iuramentum, ut in terminis tenet Ioan. Iannes Parlado. in lib. quotidianarum questionum cap. 1. §. 16. nu. 51. Secundo & peremptorie respondeo, quod non loquitur de tertio possessore prescribente, sed de principali debitor, siq; remanet incorrectus titulus C. si aduers. credit. de quo supra, ut sentit Anton. Gom. in d. l. 63. Taur. in finalib. verb. & tenent expresse Cifuent. & Catell. ibidem, atq; Palat. Rub. nu. 51. col. fin. item Parlado. vbi supra, nu. 51. ad fin. & Olan. in sua concordia iuris, lit. H. nu. 27. par. 138. & Salazar, vbi supra, num. 52 post Gomez de Leon. quem refert in sua centur. respons. 50. nu. 3. licet Salazar distinguat postea in nu. 55. siue neq; via exsequutiua nec ordinaria habet locum in proposito.

Denique in nobis non contradicit clausula constitutioni in praedicto instrumento census appositam, quoniam virtus & effectus ipsius a l. si. C. de acquirend. poss. condessus, nempe, ut res possit auocari a tertio possessore, cessat & extinguitur per mortem illius, qui creditoris vel alterius nomine se possidere constituit, maxime, data negligentia constitutarii, patiendo alterum possidere, ut plures allegans resoluit Iacob. Menoch. de recuperand. poss. remed. 14. nu. 64. cum sequent. & praeterea Pelaez de maiorat. 3. par. quae 6. nu. 17. vbi refert Carol. Ruin. consil. 127. ad fin. lib. 5. loquentem in tempore decem annorum. Secundo respondeo, quod virtus dicti constituti prescribitur longo tempore (hoc est) decem annis, si possessio illo tempore penes tertium sit cum patientia & negligentia creditoris, ut resoluit Tiraqu. in tract. de iure consti. poss. limit. 21. per totam, & plures allegans Pelaez vbi supra, nu. 19.

Praescripta igitur prad. hypotheca & iure soluendi census, reliquum est, ut non solum redditus decursi ante prad. 10. decem annos, sed etiam postea prescripti censentur, cum omnes a causa iam praescripta procedant, imo verius nulli cucurrerint: alias enim de nihilo aut parum seruit prad. prescriptio, si decursi redditus decem annis infra, & in posterum decurrendi deberentur: sic enim fonte atque ipso omnino exhausto & exsicco aqua non emanat neq; currit aut defluit, sic nec redditus, prescripto iure atque radice & origine census: Quomodo enim potest aliquid produci sine producente atque causari sine causa? Vnde, sicut reuocato censu, redditus nullus amplius debetur: Quia, quod nihil est, producere non potest, ut ratio naturalis docet: ita & eodem modo prescriptio legitima, sublati ipso censu iure, redditus non currit.

Et quamuis respectu principalis debitoris, qui per multum temporis spatium praestaciones annuas non soluerit, sit maxima controuersia inter nostros Dd. An omnes decursi censentur prescripti, vel tantum non soluit ante decimum annum aliusse tempus legitimum, ut con-

stat ex Boer. decis. 336. per totam, vbi tenet communem opin. quae habet; Non omnes praestaciones seu redditus decursos, esse prescriptione sublatos, sed eos tantum, qui ante decennium decursi sunt, aduersus alteram communem contrariam, quam ibi refert, sed nihilominus, quod omnes censentur praescripti in praedicta specie, probat ac magis comunem appellat D. Ant. Gomez 2. tom. cap. 11. de qualib. contra d. m. 45. & Parlad. vbi supra, §. 12. nu. 41. & §. 13. nu. 44. ad fin. & prius nu. 41. vbi loquitur in redditibus, & quod census & annuae praestaciones prescribantur spatio 30. annorum, & in eum communissimus, §. in iis, C. de prescript. 30. vel 40. ann. a tempore, quo cessatum est solui, non solum pro praeteritis sed etiam pro futuris, ut in cap. de quarta, de prescript. Abb. in cap. andris, col. 2. li. eod. tu. est communis & magis communis sententia, secundum Tiber. Decianum consil. 2. nu. 39. cum sequent. volum. 1. vbi plures refert, & num. 42. quod procedit contra ecclesiam & contra Episcopum. Attamen respectu tertii singularis possessoris habentis titulum & bonam fidem cum possessione 10. annorum cotinporum inter presentes, & 20. inter absentes non soluendi censum, res est planior atque indubia, ut praediximus, cum per prad. tempus respectiue prescribatur ipsam ius census in proprietate, hoc est, capitale: Ergo nulli redditus debetur, ut in terminis tenent atque expresse probant Balb. & Menoch. vbi supra, & ita obtinuit atque pronuntiatum fuit per officialem Ciuitatis per supra dicta in fauorem dicti tertii possessoris, die 2. Martii an. 1582. annullauit enim exsequutionem prad. ab ea; & a petitis per actorem in hac lite & causa absoluit & liberauit reum.

SVMARIA.

- 1 Nuntians nouum opus actor est, nuntiatu vero reus, & ordo seruandus in proposito.
2 Quod procedit, licet alius nomine absentis nuntiatu petat remissionem cessationis operis, adhuc enim nuntiatu dicitur reus.
3 Iudicium constat ex tribus, indice, accusatore & reo, & quare sic vocentur.
4 Ecclesia potest nuntiare nouum opus in suo solo contra laicum coram iudice Ecclesiastico.
5 Contra operarios ecclesie sua mercede conditos an nuntiare possit nouum opus ac causa prosequi coram iudice seculari, vel an coram Ecclesiastico sit tractanda.
6 Heres vniuersalis vel singularis successor nuntians tenetur prestare patientiam, ut opus post nuntiationem factum destruat.
7 Clericus, quando tanquam nominatus & ius habens, & sic est necessarius defensor auocat causam ad forum suum, sibi dandus est libellus de nouo.
8 Citatus si sua interesse putauerit, si comparcat, officium actor voluntarius & debet sequi forum citare faciens, & nu. 10. limitatur.
9 Clericus citatus eum clausula, si sua interesse putauerit, comparcat & opponens exceptionem declinatoriam, petendo ad summ iudicem competentem remitti, non debet conueniri coram iudice laico.

CONSILIVM XLVIII.

Ad Regiam Cancellariam Pincianam fuit delata per viam violentiae causa Ecclesiastica coram ordinario Ciuitatis pendente lite inter Decanum, & Capit. huius almae Ecclesiae Ciuitatis: ex vna parte, & Concilium & Rectores huius Ciuitatis ex altera super nuntiatione noui operis, facta coram iudice seculari eiusdem ciuitatis contra operarios d. ecclesiae laborantes in platea eiusdem ecclesiae ipsi contigua a procuratore generali dictae ciuitatis, in quo officio fuit cessatum per terminum 9. dierum iussu praetoris, iuxta